Idem Contumax

Laboriosa Dorothea Wlodardowna de Radawiec famula Generosi Nicolai Radawiecki vna cum assistentia eiusdem domini sui actrix ... lem Felicem Radsikowski in villa Radawiec certe sortis arendatorium possessorem de persona, bonis mobilibus, ac summis peccarijs tanquam impossessionatum cittone literali Capitaneali Castren Lublinen citatum, ... per ipsum tempore certo non ita pridem praesto in villa Radawiec eidem actrici vulnerum lividorum ... in diversa corporis membra vi et violenter illationis, cittone ipsa taxan. viginti marcarum pecu. polon. in se continen de praemissis latiore Ad Iudicium praesens Capitle Castren Lublinen per Militem Gnalem Regni Nobilem Ioannem Zaleski quatuor vicibus ultra iuris com. formam Ad instanciam suprascriptae actricis vocatum et non comparentem in termino primo in pena contumacie ex admissione Iudicij praesentis Iudicialiter condemnavit

Obrepski Autenticum

Iudicium praesens Capitaneale Castren Lublinen in serendo literis Sacrae Regiae Maiestatis manu Reverendissimi in Christo Patris Domini Laurentij Gembicki Episcopi Culmen Regni Poloniae Supremi Cancellarij subscriptis et sigillo maioris Cancellariae Regni obsignatis, iuramentum Nobilis Stanislai Obrepski super officium Ministerialatus Gnalis Regni ad Iudicium et acta praesentia Capitanealia Castren Lublinen personaliter venientis in rotam statuti per alterum Militem Gnalem Regni Nobilem Ioannem Zaleski in praesentia Iudicij praeschtis pronunciatum praestitum suscepit et eundem Stanislaum Obrepski Iudicialiter totondit atque officium hoc idem illius per praedictum Militem Ioannem Zaleski publicari et in acta praesentia Castrensia Lublinen literas easdem inscribi fecit quarum tenor est talis.

Sigismundus Tertius Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Masoviae Samogitiae Livoniaeque necnon Suecorum Gottorum Vandalorumque haereditarius Rex.

Significamus praesentibus literis nostris quorum interest universis et singulis ... Nobilem Stanislaum Obrepski in Ministerialem Terrestrem Generalem omnium Pallatinatuum et Districtuum Regni nostri creandum et constituendum esse duximus uti quidem creamus et constituimus Dantes illi plenam et omnimodam facultatem omnia negotia Ministerialem Generalem de iure et consuetudine concernentia in quibuscunque terris Pallatibus et Districtibus Regni nostri agendi et exercendi ita tamen ut coram quovis Iudicio seu officio Regni iuramentum fidelitatis iuxta rotham in statuto descriptam prius praestet ab eoque de more tondatur quod ... omnium quorum interest noticiam deducendo mandamus praefatum Nobilem Stanislaum Obrepski postquam iuramentum fidelitatis praestiterit tonsusque fuerit pro vero ac legitimo Generali Regni agnoscant eumque omnia Ministerialium Generalium officia ubique obire permittant. In cuius rei fidem sigillum Regni nostri praesentibus est appensum. Datum Varsoviae die duodecima Mensis Maij Anno Domini Millesimo Sexcentesimo duodecimo Regnorum nostrorum Poloniae ... Sueciae vero ...

Rellatio Reverendissimi in Christo Patris Domini Laurentij Gebichij Episcopi Culmensis Regni Poloniae Supremi Cancellarij Laurentius Episcopus Culmensis Regni Poloniae Cancellarius.

Qui quidem Ministerialis praedictus Ioannes Zal... officio praesenti bene notus coram eodem Iudicio Capitaneali Castrensi Lublinensi personaliter stans publice recognovit die hodierna praedictum Stanislaum Obrepskij pro vero Ministeriali Regni Generali hic in Castro Lublinensi et alijs publicis locis publicasse et ad noticiam multorum hominum deduxisse de quo eam suam expressam rellationem fecit.

Limitatio Terminorum

Ulteriores vero termini Iudiciorum Capitaneales Castrenses Lublinenses qui ad praesens non sunt determinati hinc ad decem octo septimanas